Za Najjaśniejszego i Najsamowładniejszego Wielkiego Monarchę Naszego, Imperatora Wszech Rusi i Króla Naszego ALEKSANDRA MIKOŁAJEWICZA; za Małżonkę Jego Najjaśniejszą Monarchinię, Imperatorową i Królowę MARJĘ ALEKSANDRÓWNĘ; za Następcę Jego Najjaśniejszego Cesarzewicza, i Wielkiego Księcia ALEKSANDRA ALEKSANDROWICZA i za Małżonkę Jego Najjaśniejszą Wielką Księżnę Cesarzewiczowę MARJĘ TEODORÓWNĘ; za Najjaśniejszych Wielkich Książąt: MIKOŁAJA, JERZEGO ALEKSANDROWICZÓW; za Najjaśniejszych Wielkich Książąt: WŁODZIMIERZA, ALEKSEGO, SERGIUSZA i PAWŁA ALEKSANDROWICZÓW; za Najjaśniejszego Wielkiego Księcia KONSTANTEGO MIKOŁAJEWICZA i Małżonkę Jego Najjaśniejszą Wielką Księżnę ALEKSANDRĘ JÓZEFÓWNĘ; za Najjaśniejszych Wielkich Książąt: MIKOŁAJA, KONSTANTEGO, DYMITRA i WACŁAWA KONSTANTYNOWICZÓW; za Najjaśniejszego Wielkiego Księcia MIKOŁAJA MIKOŁAJEWICZA i za Małżonkę Jego Najjaśniejszą Wielką Księżnę ALEKSANDRĘ PIOTRÓWNĘ; za Najjaśniejszych Wielkich Książąt: MIKOŁAJA i PIOTRA MIKOŁAJEWICZÓW; za Najjaśniejszego Wielkiego Księcia MICHAŁA MIKOŁAJEWICZA i za Małżonkę Jego Najjaśniejszą Wielką Księżnę OLGĘ TEODORÓWNĘ; za Najjaśniejszych Wielkich Książąt: MIKOŁAJA, MICHAŁA, JERZEGO, ALEKSANDRA MICHAŁOWICZÓW; za Najjaśniejsze: Wielką Księżnę HELENĘ PAWŁÓWNĘ; Wielką Księżniczkę MARJĘ ALEKSANDRÓWNĘ, za Najjaśniejszą Królowę Helenów OLGĘ KONSTANTYNÓWNĘ i Jéj Małżonka; za Najjaśniejsze Wielkie Księżniczki WIARĘ KONSTANTYNÓWNĘ i ANASTAZJĘ MICHAŁÓWNĘ; za Najjaśniejszą Wielką Księżnę MARJĘ MIKOŁAJÓWNĘ za Najjaśniejszą Królowę Wirtembergską OLGĘ MIKOŁAJÓWNĘ i za Jéj Małżonka; za Najjaśniejszą Wielką Księżnę KATARZYNĘ MICHAŁÓWNĘ i za Jéj Małżonka i za wszystek Ich Stan Cywilny i Rycerski.

℣. Panie zachowaj Imperatora i Króla Naszego ALEXANDRA.
℟. I wysłuchaj nas w dzień, w który Cię wzywać będziemy.
℣. Niech będzie pokój w mocy Twojéj,
℟. I obfitość w zamkach Twoich.

℣. Panie wysłuchaj modlitwy nasze,
℟. A wołanie nasze niech przyjdzie do Ciebie.
℣. Pan z Wami.—℟. I z duchem twoim.

MÓDLMY SIĘ:

Boże! którego miłosierdzia nie ma liczby, i którego dobroci skarb jest nieprzebrany, składamy dzięki Najświętszemu Majestatowi Twemu za odebrane łaski, nieprzestając błagać dobroci Twojéj, abyś tych, których przyjmujesz prośby, nigdy nie opuszczając, do wiecznéj przygotował nagrody.

Boże! wszystkich Wiernych Pasterzu i Rządco! wejrzyj miłościwie na sługę Twego PIUSA, któregoś najwyższym Kościoła Twego Pasterzem postanowić raczył, spraw, aby tym, którymi rządzi, słowem i przykładem przyświecał, i razem z trzodą sobie powierzoną, przyszedł do żywota wiecznego.

Prosimy Cię wszechmogący Boże! aby Sługa Twój ALEKSANDER Imperator i Król Nasz, który z łaski Twojéj objął rządy Cesarstwa i Królestwa nabył także wszystkich cnót pomnożenia, któremiby wysoce ozdobiony, i skazy grzechów uniknął, i do Ciebie, który jesteś drogą, prawdą i życiem, pełen łaski, przyjść zasłużył.

Wszechmogący wieczny Boże! zmiłuj się nad Sługą Twoim Biskupem N., poprowadź Go wedle łaskawości Twojéj na drogę zbawienia wiecznego, aby za łaską Twoją pragnął to co się Tobie podoba i całą mocą wypełniał.

Wszechmogący wieczny Boże, którego się Duchem cały Kościół poświęca i rządzi, wysłuchaj nas za wszystkimi stanami proszących, aby za pomocą Twojéj łaski, wszystkie podług stopni swoich, wiernie tobie służyły.

Boże! który nadzwyczajnym porządkiem wszystko władasz i niewysłowioną rządzisz mądrością, wejrzyj dobrotliwie na wszystkie stany Państwa Ruskiego i Królestwa Polskiego, i Ducha im Twojéj łaski miłościwie udzielaj, aby wszyscy we wszystkiem ku dobru powszechnemu zmierzali, i z drogi prwd y Twojéj nie zbaczali.

Wyciągnij Panie ku wiernym Swoim prawicę niebieskiéj pomocy, aby całem sercem Ciebie szukali i o co sprawiedliwie proszą, otrzymać zasłużyli. Przez Chrystusa Pana naszego.—℟. Amen.

℣. Pomoc Boska niech będzie zawsze z nami.—℟. Amen.

МОЛЕБСТВІЕ

о благоденствіи ГОСУДАРЯ ИМПЕРАТОРА и Августейшаго Дома Его совершаемое въ высокоторжественные дни въ Р. К. церквахъ.

ГИМНЪ.

Тебя Бога хвалимъ, Тебя Господа исповѣдуемъ,
Тебя Предвѣчнаго Отца вся земля величаетъ,
Тебѣ всѣ Ангелы, Тебѣ Небѣса и всѣ Силы,
Тебѣ Херувимы и Серафимы непрестаннымъ гласомъ взываютъ:
Святъ, Святъ, Святъ, Господь Богъ Саваоѳъ.
Полны суть Небеса и земля Величества Славы Твоея.
Тебя Преславный Апостольскій ликъ,
Тебя Пророческое хвалебное число,
Тебя хвалитъ Пресвѣтлое мученическое воинство;
Тебя по всей вселенной исповѣдуетъ Святая Церковь.
Отца Непостижимаго Величества.
Поклоняемаго Твоего Истиннаго и единороднаго Сына
И Святаго Утѣшителя Духа.
Ты Царь Славы, Христе,
Ты Отца присносущный Сынъ еси,
Ты, ко избавленію, пріемля человѣка; не возгнушался еси Девическаго Чрева,
Ты, одолѣвъ смерти жало, отверзлъ еси вѣрующимъ Царство Небесное.
Ты одесную Бога сѣдиши во славѣ Отчей,
Ты, мы вѣруемъ, пріидеши судити насъ (*преклоняя колѣни*).
Того ради Тебя просимъ помоги рабамъ Твоимъ, ихъ же честною кровію искупилъ еси.
Сопричти насъ ко святымъ Твоимъ въ вѣчной славѣ.

Господу помолимся.

О Всепресвѣтлѣйшемъ, Самодержавнѣйшемъ Великомъ Государѣ нашемъ Императорѣ **Александрѣ Николаевичѣ**, всея Россіи, и о Супругѣ Его Всепресвѣтлѣйшей Государынѣ Императрицѣ **Маріи Александровнѣ**; о Наслѣдникѣ Его Пресвѣтлѣйшемъ Государѣ Цесаревичѣ и Великомъ Князѣ **Александрѣ Александровичѣ**, и о Супрухѣ Его Пресвѣтлѣйшей Государынѣ Цесаревнѣ и Великой Княгинѣ **Маріи Ѳеодоровнѣ**; о Пресвѣтлѣйшемъ Государѣ Великомъ Князѣ **Николаѣ Александровичѣ**; о Пресвѣтлѣйшихъ Государяхъ, Великихъ Князьяхъ: **Владимірѣ, Алексіи, Сергіи** и **Павлѣ Александровичахъ**; о Пресвѣтлейшемъ Государѣ, Великомъ Князѣ **Константинѣ Николаевичѣ** и о Супругѣ Его, Пресвѣтлейшей Государынѣ Великой Княгинѣ **Алекчандрѣ Іосифовнѣ**; о Пресвѣтлейшихъ Государяхъ Великихъ Князьяхъ: **Николаѣ, Константинѣ, Димитріи** и **Вячеславѣ Константиновичахъ**; о Пресвѣтлѣйшемъ Государѣ Великомъ Князѣ **Николаѣ Николаевичѣ** и Супругѣ Его, Пресвѣтлѣйшей Государынѣ Великой Княгинѣ **Александрѣ Петровнѣ**; о Пресвѣтлѣйшихъ Государяхъ, Великихъ Князьяхъ: **Николаѣ** и **Петрѣ Николаевичахъ**; о Пресвѣтлѣйшемъ Государѣ, Великомъ Князѣ **Михаилѣ Николаевичѣ** и о Супругѣ Его, Пресвѣтлѣйшей Государынѣ Великой Княгинѣ **Ольгѣ Ѳеодоровнѣ**; о Пресвѣтлѣйшихъ Государяхъ, Великихъ Князьяхъ: **Николаѣ, Михаилѣ, Георгіи** и **Александрѣ Михаиловичахъ**; о Пресвѣтлѣйшихъ Государыняхъ, Великой Княгинѣ **Еленѣ Павловнѣ**, Великой Княжнѣ **Маріи Александровнѣ**, о Королевѣ Эллиновъ **Ольгѣ Константиновнѣ**,

и о Супругѣ Ея; о Пресвѣтлѣйшихъ Государыняхъ Великихъ Княжнахъ **Вѣрѣ Константиновнѣ** и **Анастасіи Михаиловнѣ**; о Великой Княгинѣ **Маріи Николаевнѣ**; о Королевѣ Виртемвергской **Олгѣ Николаевнѣ** и о Супругѣ Ея; о Великой Княгинѣ **Екатеринѣ Михаиловнѣ** и о Супругѣ Ея; и о всей Палатѣ и воинствѣ **Ихъ**.

Господи спаси ИМПЕРАТОРА нашего **Александра Николаевича**

И услыши насъ въ день тотъ, когда призовемъ Тебя.

Спаси, Господи, народъ Твой, и благослави достояніе Твое;

И управи сихъ, и вознеси тѣхъ во вѣки.

Буди миръ въ силѣ Твоей,

И обиліе въ твердыняхъ Твоихъ.

Господи! услыши молитву мою,

И вопль мой къ Тебѣ да пріидетъ.

Господъ съ Вами. И со Духомъ Твоимъ.

Господу помолимся.

Боже, Чьему милосердію нѣтъ числа и благости сокровищу нѣтъ предѣла, благодаримъ Твое всещедрое Величество за всѣ дары Твои, и непрестанно молимъ Твою благость, яко Ты просимое просящимъ даруеши не остави ихъ и награды будущаго вѣка достойными содѣлай.

† Боже, всѣхъ вѣрныхъ Пастырю и Владыко, призри милостиво на раба Твоего **Пія**, его же благоволилъ еси поставити пастыремъ Церкви Твоея; подай Ему, молимъ Тебя, словомъ и примѣромъ быти на пользу тѣмъ, коимъ онъ предпоставленъ, да со стадомъ, ему ввѣреннымъ, жизни вѣчныя достигнетъ.

† Молимъ Тебя, Вседержителю Боже, дабы рабъ Твойъ **Александръ,** Императоръ нашъ, Твою милостію Державы кормила пріявшій, преуспѣвалъ во всѣхъ добродѣтеляхъ, ими же благоукрашенный и греховъ избѣгати, и къ Тебѣ, Кто еси путь и истина и жизнь, благодатенъ пріити да сподобится.

Вседержителью вѣчный Боже, Чьимъ Духомъ вся Церковь святится и управлается, услыши насъ, за всѣ чины молящихся, да Твоею благодатію всѣ степени Тебѣ вѣрно служатъ.

Воже! Ты, кто дивнымъ чиномъ все устрояеши и неизреченною мудростію правиши, призри милостиво на всѣ чины Россійскія Державы и излей на нихъ духа Твоея благодати, да все ко благу общему устрояютъ, и отъ пути истины Твоея да не уклоняются.

Вседержителю вѣчный Боже, Зиждителю и Стражу горняго града Іерусалима, охраняй денно и нощно мѣсто сіе и всю Епархію со живущими въ ней, да здравіе и миръ обитаютъ въ нихъ.

Господи Іисусе, Ты, безъ Кого мы ничего не можемъ, ниспосли намъ Духа Твоего Святаго, да научитъ насъ угодное Тебѣ всегда просити. Ты, Кто живешь и царствуешь съ Богомъ Отцемъ во единствѣ того же Духа Святаго, Богъ во всѣ вѣки вѣковъ. Аминь.

Простри, Господи, вѣрнымъ Твоимъ десницу небесныя помощи, да всѣмъ сердцемъ Тебя ищутъ, и о чемъ праведно просятъ получитъ да сподобятся Ради Іисуса Христа Господа нашего. Аминь.

Помощъ Божія да будетъ съ нами присно! Аминь.

Finito Sacro Celebrans intonat Hymnum Te Deum laudamus, *et dein canit:*

OREMUS.

Pro Supremo Gloriosissimo Potentissimo Magno Domino Nostro, Imperatore totius Rossiae, ALEXANDRO NICOLAI; pro Conjuge ejus Supreme Gloriosissima Domina Imperatrice MARIA ALEXANDRI; pro Successore Troni Supreme Gloriosissimo Domino Caesaride Magno Duce ALEXANDRO ALEXANDRI; et pro Conjuge Ejus Supreme Gloriosissima Domina Caesarida Magna Duce MARIA THEODORI; pro Supreme Glorioso Domino Magno Duce NICOLAO ALEXANDRI; pro Supreme Gloriosis Magnis Ducibus: VLODIMIRO, ALEXIO, SERGIO et PAULO ALEXANDRI; pro Supreme Glorioso Domino Magno Duce CONSTANTINO NICOLAI et pro Conjuge Ejus Supreme Gloriosa Domina Magna Duce ALEXANDRA JOSEPHI; pro Supreme Gloriosis Dominis Magnis Ducibus: NICOLAO, CONSTANTINO, DEMETRIO et VENCESLAO CONSTANTINI; pro Supreme Glorioso Domino Magno Duce NICOLAO NICOLAI, et pro Conjuge Ejus Supreme Gloriosa Domina Magna Duce ALEXANDRA PETRI; pro Supreme Gloriosis Dominis Magnis Ducibus NICOLAO et PETRO NICOLAI: pro Supreme Glorioso Domino Magno Duce MICHAELE NICOLAI, et pro Conjuge Ejus Supreme Gloriosa Domina Magna Duce OLGA THEODORI; pro Supreme Gloriosis Dominis Magnis Ducibus NICOLAO, MICHAELE, GEORGIO et ALEXANDRO MICHAELIS; pro Supreme Gloriosa Domina Magna Duce HELENA PAULI; pro Supreme Gloriosis Dominis Magnis Ducibus MARIA ALEXANDRI, et Regina Hellenensi OLGA CONSTANTINI et pro Conjuge Ejus; pro Supreme Gloriosis Dominis Magnis Ducibus FIDE CONSTANTINI et ANASTASIA MICHAELIS; pro Supreme Gloriosis Dominis Magnis Ducibus MARIA NICOLAI, et Regina Virtembergensi OLGA NICOLAI, et pro Conjuge Ejus;

pro Supreme Gloriosa Domina Magna Duce CATHARINA MICHAELIS, et pro Conjuge Ejus, et pro omni Ordine Civili et Militari.

℣. Salvum fac, Domine, Imperatorum Nostrum, ALEXANDRUM NICOLAI.
℟. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus Te.
℣. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic haereditali tuae,
℟. Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.
℣. Fiat pax in virtute tua,
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad Te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus! cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissime Majestati Tuae pro collatis donis gratias agimus, Tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Deus! omnium fidelium Pastor et Rector, Famulum Tuum, PIUM, quem Pastorem Ecclesiae Tuae praeesse voluisti, propitius respice; da Ei, quaesumus verbo et exemplo, quibus praeest, proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam.

Quaesumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus ALEXANDER, Imperator Noster, qui tua miseratione suscepit Imperii Gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et peccata devitare, et ad Te, qui via, veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur et regitur, exaudi nos pro universis Ordinibus supplicantes; ut gratiae tuae munere, ab omnibus Tibi gradibus fideliter serviatur.

Deus! qui miro ordine universa disponis et ineffabiliter gubernas, respice propitius in universos Imperii Rossiaci Ordines, eisque spiritum Tuae gratiae clementer infunde, ut in communem salutem omnia disponant, et a Tuae veritatis tramite non declinent.

Omnipotens sempiterne Dous! aedificator et custos Jerusalem, civitatis supernae, custodi die nocteque locum istum, totamque Diocesim cum habitatoribus ejus, ut sit in eis domicilium incolumitatis et pacis.

Domine Jesu, sine quo nihil possumus, effunde super nos Spiritum Sanctum, qui doceat nos, quae Tibi sunt placita semper postulare. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

IMPERIALIS

Ac Regalis Palatii Dies Festivi.

N. S.	V. S.	
Jan.	*Dec.*	
* 3	22	Onomast. MD. ***Anastasiae Michaelis.***
	Jan.	
* 13	1	Natalit. MD. ***Helenae Pauli*** et MD. ***Alexii Alexandri.***
* 22	10	Natalit. MD. ***Petri Nicolai.***
Feb.	*Feb.*	
* 15	3	Natalit. MD. ***Nicolai Constantini.***
* 16	4	Natalit. MD. ***Viarae Constantini.***
Mar.		
** 3	19	Anniver. suscepti Imp. ab ***Alexandro II.***
**10	26	Natalit. AMD. ***Alexandri Alexandri*** Succ. Imp.
Apr.	*Apr.*	
* 13	1	Natal. MD. ***Alexandri Michaelis.***
**16	4	Gratiar. actio pro conservata vita Suae Imperatoriae Majestatis.
* 22	10	Natalit. MD. ***Vlodimiri Alexandri.***
**29	17	Natalit. Imp. et Regis ***Alexandri II.*** et MD. ***Nicolai Michaelis.***
Maj.		
* 5	23	Onomast. MD. ***Alexandrae Josephi*** et MD. ***Alexandrae Petri.***
* 9	27	Natalit. MD. ***Georgii Alexandri.***
* 11	29	Natalit. MD. ***Sergii Alexandri.***
	Maj.	
**18	6	Natalit. MD. ***Nicolai Alexandri.***
Jun.		
* 1	20	Onomast. MD. ***Alexii Alexandri.***
* 2	21	Onomast. MD. ***Constantini Nicolai***, MD. ***Constantini Constantini*** et MD. ***Helenae Pauli***, ac Natal. MD. ***Alexandrae Petri.***
** 6	25	Grat. actio pro conservata vita Suae Imp. Majest.
	Jun.	
* 13	1	Natalit. DM. ***Dimitrii Constantini.***
Jul.		
* 8	26	Natalit. MD. ***Alexandrae Josephi.***
* 11	29	Onomast. MD. ***Pauli Alexandri***, ac MD. ***Petri Nicolai.***
	Jul.	
* 13	1	Natalit. MD. ***Venceslai Constantini.***
* 17	5	Onomast. MD. ***Sergii Alexandri.***
* 23	11	Onomast. Reg. ***Olgae Nicolai***, MD. ***Olgae Constantini*** et MD. ***Olgae Theodori.***
* 27	15	Onomast. MD. ***Vlodimiri Alexandri.***
* 28	16	Natalit. MD. ***Anastasiae Michaelis.***

N. S.	V. S.	
Aug.	*Jul.*	
** 3	22	Onom. A. Imp. *Mariae Alexandri*, MD. *Mariae Theodori*, A. Conj. Succ. Imp. MD. *Mariae Alexandri* ac MD. *Mariae Nicolai.*
** 8	27	Natalit. A. Imp. *Mariae Alexandri* Nat. et Onomast. MD. *Nicolai Nicolai* Senior. Onom. et MD. *Nicolai Nicolai* Junior.
	Aug.	
* 18	6	Natalit. MD. *Mariae Nicolai.*
* 22	10	Natalit. MD. *Constantini Constantini.*
* 23	11	Natalit. MD. *Georgii Michaelis.*
* 28	16	Natalit. MD. *Catharinae Michaelis.*
Sep.		
* 3	22	Natalit. Reg. Helen. *Olgae Constantini.*
** 7	26	Anniver. dies Coronat. Imp. et Reg. *Alexandri II* ac Aug. Imp. *Mariae Alexandri.*
**11	30	Onomast. Imp. et Reg. *Alexandri II* et A. MD. *Alexandri Alexandri* Succ. Imp. Item Onom. MD. *Alexandri Michaelis* Nat. MD. *Olgae Nicolai.*
	Sep.	
* 20	8	Natal. MD. *Olgae Theodori.*
* 21	9	Natal. MD. *Constantini Nicolai.*
* 29	17	Ono. MD. *Viarae Constantini.*
Oct.		
* 3	21	Natal. MD. *Pauli Alexandri* et Onom. MD. *Dimitri Constantini.*
* 10	28	Onom. MD. *Venceslai Constantini.*
	Oct.	
* 16	4	Natal. MD. *Michaelis Michaelis.*
* 17	5	Natal. MD. *Mariae Alexandri.*
* 25	13	Natal. MD. *Michaelis Nicolai.*
Nov.	*Nov.*	
* 18	6	Natal. MD. *Nicolai Nicolai* Junior.
* 20	8	Ono. MD. *Michaelis Nicolai*, ac MD. *Michaelis Michaelis.*
**26	14	Natal. MD. *Mariae Theodori* A. Conj. Succ. Imp.
Dec.		
* 6	24	Ono. MD. *Catharinae Michaelis.*
* 8	26	Ono. MD. *Georgii Alexandri*, et MD. *Georgii Michaelis.*
	Dec.	
**18	6	Ono. MD. *Nicolai Alexandri*, et MD. *Nicolai Constantini* et MD. *Nicolai Michaelis.*

Regula vitae Curati Sacerdotis, excerpta ex Statutis Seminarii Dioecesani.

1. Surgere quotidie promo mane hora statuta, juxta vitae conditionem et corporis dispositionem.
2. Excusso somno, in Deum prima cogitatione ferri; e lecto statim prorumpere; modeste tamen induendo vestes, aliquid orationis vel vocalis vel mentalis pertractare.
3. Vestitus, aqua benedicta frontem intingens, mox flexis genibus ante aliquam imaginem, precationes aliquas recitabis incipiendo ab actibus mane dici solitis, Adorationis videlicet, gratiarum actionis, oblationis, contritionis et petitionis.
4. Orationi mentali vacare saltem per quadrantem quotidie.
5. Singulis diebus, si fieri potest, hora statuta, sacrificium Missae celebrare.
6. Quotidie hora statuta legere librum aliquem de rebus spiritualibus, puta Thomam a Kempis, aut vitas Sanctorum, aut alios similes.
7. Disponere quantum fieri potest actiones diei, ut negotia, lectiones, prandium, coenam, somnum, certis suis temporibus et intervallis.
8. Aggressurus aliquod opus praecipuum ad Deum intentionem diriges, gratias Eidem referes de felici exitu, veniamque petes de commissis; quodsi actio producatur, identidem ad primam intentionem redibis, aut alia bona cogitatione mentem instrues.
9. Bis in die Examen conscientiae particulare adhibere ante refectionem, de vitio scilicet aliquo, cui ut primum

strictiores sumus, vel de virtute nobis imprimis necessaria.

10. Ad pulsum horologii, proposita et resolutiones, matutinis horis in oratione conceptas renovare, aut aliquem virtutis actum elicere, puta contritionis, charitatis, spei etc.

11. Diebus Festivis et Dominicis, populum catechizare.

12. Eligere bonum Confessarium, nec absque gravi ratione mutare, ipsique certis temporibus, extra confessionem, animae suae sinus explicare pro occurrente necessitate.

13. Octavo quoque die, confiteri peccata sua, aut decimo quinto.

14. Elicere actum contritionis, statim atque nos, alicujus peccati conscios agnoscimus, cum proposito confitendi data occassione.

15. Oborta tentatione aliqua, aut angustia, ad Deum confestim recurrere, et ad Beatam Virginem Mariam, *vg. Deus in adjutorium meum intende*, vel *o Virgo Maria succurre nobis in omni tribulatione et angustia.*

16. Cum Deus per aliquam corporis aegritudinem visitabit nos, ad Sacramenta mature recurrere, resignare se Divinae voluntati, et ultimo velut conflictui se disponere.

17. Saepius attendere Dei praesentiam, maxime in principio cujusque actionis et in occasione peccandi.

18. Erga Matrem Dei religiosum esse, ac in Ipsius honorem, quotidie Rosarium aut alias preces recitare.

19. Erga S. Josephum, Angelum suum Custodem et S. Patronum, etiam peculiari obsequentia et cultu affici, ac quotidie aliquod pietatis munus Ipsis expendere.

20. Remedia quaedam sibi proponere adversus vitia in quae magis propendemus, *vg.* assem unum, vel aliquot pauperi dare, quotiescumque in illa incidemus.

21. Mortificationes interiores quotidie, exteriores vero saltem ter in septimana exercere.

22. Occasiones peccandi devitare, illas praesertim, quae nos alias supplantarunt.

23. Aliqua misericordiae erga proximum opera exercere, *vg.* adjuvare pauperes, visitare infirmos, corrigere ignaros.

24. Augustissimo altaris Sacramento peculiarem cultum exhibere singulis feriis quintis, et Illud intimo religionis sensu venerari.

25. Nomen suum dare alicui confraternitati, *vg.* Rosarii.

26. Saepe per diem vibratis ad Deum orationibus uti, praesertim illo die, quo nequimus diutius orationi vacare.

27. Antequam te in lectum recipias, vacare examini generali, quod quidem quinque articulis per quinque Vulnera Christi distinguitur; deinde precibus vocalibus, Litaniis B. M., *Angele Dei*, *De profundis* etc.

28. Petendo lectum, aquam benedictam adhibere, signum Crucis efformare, brevem precem recitare; ut, *In manus tuas* etc. aut: *Domine Deus faustam* vel *bene moriendi gratiam mihi concede.*

29. Si contingat nocte excitari, ad Deum corde et cogitatione ascendere, aliquam orationem recitare.

30. Quotannis Exercitiis spiritualibus vacare, aut saltem generalem confessionem ab anno facere, et ad id melius exequendum recipere se in secretum locum, relegere resolutiones suas, examinare conscientiam, remedium afferre defectibus, et bona proposita renovare.

31. Proponet sibi curam et solicitudi nem suorum domesticorum, vigilabit praesertim, ut mane et sero flexis genibus Deo preces reddant, peccata deponant saepe, et ad sacram mensam accedant; abstineant a juramento et commessationibus; non patietur servilia opera diebus Dominicis et Festis, ad Sacrificium Missae sedulo mittet, commendabit Dei praesentiam et modestiam; lectionem alicujus libri *vg.* vitarum Sanctorum proponet illo die.

32. Singulis Mensibus vitae regimen et institutum relegere, cum sedulo examine et renovatione propositorum.
33. Quatuor novissima mundi semper prae oculis habere, ait enim Sapiens: *Recordare fili novissima, et in aeternum non peccabis.*

Quicunque hanc regulam secuti fuerint; *pax super illos et misericordia.* Gal. 6.

REGULAE

Sacerdotibus curam Animarum habentibus ad vitam recte instituendam perutiles.

Ordo, teste Augustino, ad Deum conducit, quem si sedulo Sacerdos constanterque servaverit, non mediocrem Sanctitatis gradum obtinebit; sin vero neglexerit, cuncta praepostere et obiter aget, et vano seipsum labore consumet, exiguam a Deo mercedem recipiet, utpote, qui suam non Dei voluntatem secutus fuerit; quare hanc fere vitae normam sibi praescribat, et quam fidelissime poterit observet.

Singulis diebus.

1. Eadem hora quotidie e lecto surgat, habita negotiorum ac valetudinis suae ratione, neque plus quietis concedat corpori, quam ad functiones ecclesiasticas rite obeundas requiratur.
2. Expergefactus, primas cogitationes ad Deum referat, et tanquam ad ejus vocem e strato se proripiat.
3. Solitas Deo preces flexis genibus, ubi surrexerit; persolvat.
4. Coram domesticis suis, aliisque etiam quibuscunque personis nusquam compareat, nisi decenter vestitus, ut Sacerdotem decet.
5. Mediam saltem horam divinarum rerum meditationi impendat, librosque hanc in rem habeat aptos; utatur vero potissimum Novo Testamento, quod Patres et Concilia Librum Sacerdotum vocant.

6. Cum devotione, et statutis, quantum per negotia licebit, horis, Breviarium recitet.
7. Missae Sacrificium quotidie celebret, quia teste Venerabili Beda, Sacerdos non legitime impeditus celebrare ommittens, quantum in eo est, privat Sanctissimam Trinitatem laude et gloria, Angelos laetitia, peccatores venia, justos subsidio et gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spirituali Xti beneficio et seipsum medicina ac remedio.
8. Ea hora celebret, non quae sibi, sed quae parochianis sit commodior, memineritque, non parochianos propter parochum, sed parochum propter parochianos esse.
9. Ad tremendi hujus Sacrificii celebrationem ea, qua par est, sollicitudine se praeparet quotidie, in fide imprimis circa Christi sub mysticis speciebus praesentiam se exercens, et cum pia Martha exclamans, *ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei, qui in hunc mundum venisti* (Joan. 11), aut illam Evangelii vocem usurpans: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam* (Mar. 9); legat saepius, quae sunt de hac re apud Joannem cap. 6, v. 32, et seq. et apud Apostolum I Cor. 11.
10. Christum in horto immensa tristitia ac pavore absorptum et ad cruentum Sacrificium sese accingentem ob oculos statuat, eosdemque ipse animi sensus hoc Sacrificium innovaturus induat, secundum illud Phil. 2 *hoc sentire in vobis, quod et in Christo Jesu* et seq.
11. Probet vero seipsum, et intimos conscientiae sinus perlustret, ne quid forte in ea lateat, quod oculos tantae Majestatis offendat; neve propria excaecatus malitia reatus suos forte non agnoscat, lumen a Deo petat, dicens cum Psalmista: *Illumina Domine tenebras meas: vide si via iniquitatis in me est, et deduc me in viam rectam, proba me Deus, et scito cor meum.* Ps. 138.
12. Cor contritum et humiliatum a Deo dari sibi impense oret, seque ad cordis compunctionem piis cogitationibus excitet, et paenitentiae lavacro quam saepissime utens, cordis munditiem in dies majorem obtinere satagat, illa Chrysostomi verba tacite secum ipse revol-

vens: Quo non oportet esse puriorem tali fruentem Sacrificio; quo solari radio splendidiorem manum, carnem hanc dividentem, linguamque, quae tremendo nimis Sanguine erubescit. *Hom. 16.*

13. Christi pedibus cum humilitate advolutus, eum in Spiritu prius adoret, antequam gestare manibus praesumat, seque ut mercenarium existimet indignum, qui filiorum panem manducet, dumque corpore altare conscendit, se in Ecclesiae vestibulo prius cum Publicano constituat.

14. Vehemens Christo potiundi desiderium concipiat, in illa Psalmistae verba prorumpens, Ps. 41. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quam dilecta tabernacula* (8) etc. aliisque precibus praeparatoriis, ut habentur in Missali, semper quantum fieri potest, utatur.

15. Inter celebrandum eam vultus orisque modestiam et totius corporis conformationem praeseferat, quae tanti Sacrificii sanctitatem ac Majestatem deceant, ut et populo existimationem praebeat, se cum Deo, non cum hominibus, agere.

16. Oculis, dum ad populum se convertit, in terram demissis, neminem adstantium aspiciat, ut extraneis cogitationibus viam occludat, et invisibilem Angelorum Christum adorantium multitudinem revereri videatur.

17. Absit indecens illa verborum rapiditas, qua plures Sacerdotes tremendum et vel ipsis Spiritibus formidabile hoc Mysterium ita deproperant, ut neque ad ea, quae ipsi dicunt, animum advertant, neque quid Dominus in ipsis loquatur, audire queant; qui proinde absque ullo pietatis sensu vivificam Christi carnem manducant, non dijudicantes corpus Domini. *Con. Trid. sess. 22 de obser. in celeb. mis.*

18. Peracta celebratione, preces pro gratiarum actione praescriptas, aut alias, quae magis devotionem excitabunt, persolvat; neque aut statim Ecclesia excedat, aut ad exteriora se effundat, sed sibi ipsi praesens, sub silentio Christum corporaliter sibi praesentem

adoret, et ita omnes animi affectus ad Christum dirigat, ut dicere illud in veritate possit: *vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.* (Gal. 2, v. 20).

19. Sacerdos, ob admissam graviorem culpam, mysteriis abstinens, totum, quo Sacrificium durasset, tempus, coram Venerabili Eucharistia transigat, et flexis genibus supplex veniam deprecetur, majoremque in se custodiendo curam polliceatur, et si alius sit, qui celebret, eidem assistat, et vel ipsa die a lapsu per paenitentiae Sacramentum resurgat.

20. Antequam prandium sumat, brevi examine conscientiam perscrutetur, qua ratione diei illius medietatem transegerit, quem in virtute, sanctoque proposito profectum fecerit, perpendat, quae rursus peccata admiserit, recogitet.

21. Sacerdos sanctioris propositi tenax, eamque sanctitatem, quae sacerdotem decet, consequi cupiens, examinis particularis usum diligentissime retineat, quo fiet, ut ad sublimem brevi sanctitatem pertingat.

Hoc porro exercitium a sanctissimis Viris, iisque omnibus, qui Deo placuerunt, usurpatum, hac fere ratione institui potest.

Proposita virtute, quam utpote magis necessariam consequi Sacerdos statuit, aut vitio apposito, quod evellere decrevit, cogitatione concepta, in charta aut tabulis lineolas ducat, singulis hebdomadae diebus e regione descriptis respondentes. Proponat mane frequens virtutis illius per diem exercitium, aut diligentem vitii oppositi fugam: quoties dein virtutem illam aut actu mentis, aut opere exercuerit, aut oppositum virtuti illi peccatum admiserit, lineolae diei illius notam apponat, ut habetur, in hoc schemate, in quo pro exemplo virtus mansvetudinis, vitium e contra iracundiae ponitur.

Mansuetudo.

Dies Dominica. | |
Dies Lunae. | |
Dies Martis. | | | |
Dies Mercurii. | | | | |
Dies Jovis. . . . .
Dies Veneris. . . . .
Dies Sabbathi. . . . .

Iracundia.

Lineolae virtutis ab initio breviores, vitii vero longiores. quia virtus debet crescere, decrescere vero vitium,

Dies Dominica. | | | | |
Dies Lunae. | | | |
Dies Martis. | | | |
Dies Mercurii. | |
Dies Jovis. . . . .
Dies Veneris. . . . .
Dies Sabbathi. . . . .

Igitur virtutis aut vitii internos sive externos actus in examine Sacerdos notet, aut prius notatos inspiciat, et pro illis quidem Deo grates agat, pro his vero veniam petat, paenitentiamque sibi ipsi imponat, ut cautior fiat, idem sero ante, vel post preces serotinas faciat; dein diem cum die, hebdomadem cum hebdomade, mensem cum mense componens, quantum in proposita virtute profecerit, vitium vero emendaverit, perspicue cognoscet, nec desistat, donec virtutis quidem illius facilitatem consecutus fuerit, habitum e contra oppositi vitii exuerit; rursusque ad aliam transibit virtutem, similiter faciendo: sicque egregius sui victor audacter cum Psalmista canet: *Confringam illos, nec potuerunt stare, cadent subtus pedes meos...* et rursus, *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum...* et rursus, *Ibunt de virtute in virtutem, donec videbitur Deus Deorum in Sion.* Ps. 83.

Plura de his vide in Exercitiis S. Ignatii et libris Ascetarum, qui passim habentur.

Hac exercitatione Sacerdos miram sui ipsius cognitionem et intimam cum Deo unionem, nec mediocrem brevi sanctitatem consequetur.

22. Eadem semper hora, quantum per negotia licebit, parochus prandium ac coenam sumat; benedictio mensam praecedat, sequatur gratiarum actio, modestia et frugalitas comittetur, neque brevior saltem pii libri lectio desit.

23. Horis, a labore pastorali vacuis, habeat quo occupetur, ne otium, malorum omnium origo, subrepat. Antiqui Canones artem, aut opificium in Sacerdote desiderant, sicut Apostolus laborasse manibus legitur. *Theodul. Aurel. cap. 3, Conc. Cabil. 813, cap. 14.*

24. Aegrotos parochiae quotidie invisat, quibus, si pauperes sint, praeter spiritualem animae cibum, eleemosynae quid impertiatur, libentius enim pastorem audiunt animae consulentem, a quo corporalis miseriae levamen accipiunt.

25. Duas aut tres horas quotidie literarum studiis impendat, duo praeterea aut tria ex Scripturis capitula legat.

26. A prandio aliquantum temporis in Ecclesia coram Deo et Salvatore suo transigat, et quartam saltem horae partem piae meditationi aut lectioni impendat.

27. Diem vespertinis precibus et conscientiae examine sancte finiat, suosque domesticos, ut idipsum coram praesentes quotidie factitent, et exemplo et imperio suo incudat.

Singulis Hebdomadis.

1. Quot Septimanis peccata sua confiteatur, eamque in rem ex vicinis Sacerdotibus virum praestantem in Confessarium sibi deligat, cujus vicissim ipse confessiones non audiat absque necessitate, ne ex mutuo obsequio sanctam ille reprehensionis libertatem perdat. *Stat Archep. Nicos. an. 1313.*

2. Si Confessarius ille vias nesciat, quibus ad perfectiorem vitam duci animae solent, alium in vicinia remo-

tiorem quaerat, cum quo singulis mensibus de animae suae statu agat.

3. Decenter, et ea, qua par est, pompa Divinum Officium diebus festis, Dominicisque celebret, aptisque exhortationibus, et ad populi captum compositis, parochianos suos in Ecclesiam frequentes alliciat, a prandio vero Vesperas statuta semper hora cantet, earumque cantum quos inter parochianos aptiores invenerit, doceat.

4. Doctrinam Christianam, omni quo potest studio, concinne explanet. Neque juniores tantum, et caelibes omnes ad Catechesim audiendam venire campellat, sed Patres etiam ac Matres-familias invitet, quibus efficiet, ut sublatis choreis, aleis, aliisque peccandi illecebris, Deus honoretur, diesque festi sancte ac pie transigantur.

5. Diebus item Dominicis ac festis, sero ante crepusculum hora parochianis opportuna, eos in Ecclesiam convocet, et preces serotinas voce praecedens cum iis persolvat. Hymnorum ac Canticorum usus, magnum esse solet rusticis in Ecclesiam confluendi incrementum, et a praestantissimis parochis adhibetur.

6. Hostiis in Ciborio reservatis, post octo, ad plurimum post quindecim dies, recentiores substituat, ne vetustate priores corrumpantur.

7. Pii Sacerdotis est, diebus Jovis coram Venerabili Sacramento prolixius orare, et coram Salvatore suo sub mysticis speciebus corporaliter praesente, humiliter prostratum, injurias eidem sacrilegiis communionibus illatas, deprecari, juxta illud Joelis 2. *Inter vestibulum et altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini.*

8. Diebus Veneris Christi patientis mysteria devote meditetur, seque ad Salvatoris Dei amorem ex eorum consideratione excitet.

9. Sed neque Sanctissimae Dei Matris pia quadam exercitatione in Ejus honorem suscepta obliviscatur, diesque Sabbatinos ejus cultui ab Ecclesia dedicatos, esse meminerit.

Singulis Mensibus.

1. Sacerdos ad perfectiora se extendens, unum ex toto mense sibi diem desumat, quo saeculi negotiis, ac domesticae rei curis sepoistis, soli Deo, ac rerum Divinarum meditationi vacet.
2. Generalem totius mensis confessionem contexens, quae in exercitiis spiritualibus sibi proposuit revolvat, errata corrigat, ac majorem deinceps in iis servandis solertiam fidelitatemque promittat, omnesque ea super re conscientiae sinus, ei, quem elegit, Confessario detegat.
3. Imprimis vero ad mortem se disponat; quae de recommendatione animae in Breviario habentur, tanquam pro se ipso mox pronuntianda, perlegat, et terribilem illam ultimi agonis horam, ob oculos ponat, et quantam sibi iram Sacerdos tepidus thesauriret in die irae et revelatione justi judicii Dei, attente meditetur *Rom. 2, v. 5.*
4. Praeparet, quae circa doctrinam, conscientiae casus, aliaque pietatis exercitia, in Capituli congressu proponat, praeparata in charta describat, ut in rebus ambiguis, quae vel ad animarum, vel ad Parochiae suae regimen pertinent, confratrum suorum consilio, prudentiaque juvari possit.

   Si quis vero intricatior casus occurreret, ad Episcopum, aut ejus Vicarium deferatur, ea tamen cautela, ne ulla circa personam, de cujus negotio agitur, suspicio oriatur.
5. Altaris mappas, Corporalia, purificatoria, pallas aliamque id genus suppellectilem, ex lino contextam, lavari, aut recentius commutari jubeat.

Singulis Annis.

1. Quotannis octo, aut sex saltem dies exercitiis spiritualibus impendat, ac spiritum sancti Sacerdotii languescentem rursus excitet, et annua Confessione con-

scientiam expurgans, novo perfectionis zelo accendatur, *2. Tim. c. 1, v. 6.*

2. Tota Biblia intra annum legendo absolat, Novum vero Testamentum bis, si fieri possit, relegat.
3. Quotannis Rituale et Statuta Dioecesana studiose perscrutando absolvat, eademque praeterea toties consulat, quoties aliqua circa Sacramentorum administrationem aliaque munia ecclesiastica, difficultas oritur.
4. Semel item casus Papae ac Episcopo reservatos percurrat.
5. Cum aedituo, allisque loci primoribus, ad quos pertinet, de fabricae reditibus, eorumque usu agat.
6. Sacras vestes, et lintea Divinis mysteriis, altarique adorando servientia, revisat, si quid in eis lacerum, ac detritum sit, resarciri curet.
7. Parietes Ecclesiae, a pavimento ad fornicem usque, pulvere et aranearum telis abstergi jubeat.
8. Rubricas item Breviarii, ac Missalis diligenti attentione percurrat.
9. Bis in anno comitante Vicario, aut aedituo, parochianos omnes invisat, familiarum Catalogom texat, puerorum ac puellarum omnium nomina in tabulas referat, aetatem singulorum inquirat, ut scire possit, quinam ad Sacramenta paenitentiae et Eucharistiae admittendi.
10. Ancillarum etiam ac famulorum paternam curam gerat, eorum Nomina, et habitationem non ignoret, de recens advenientibus et abeuntibus certior fiat, ut sciat, quinam doctrinae Christianae intersint, et caeteris Christiani hominis officiis fungantur, Dominosque eorum, ubi opus fuerit, ea de re commonere possit.

NOTIFICATIONES.

I.

Pro examine generali Concurrentium ad obtinenda beneficia designatur dies 8 Octobris; locus vero, Seminarium Dioecesanum Vladislaviae.

Tractatus ex scientiis theologicis emensi ad supradictum examen, sunt sequentes:

Ex Scriptura sacra. Introductio Generalis in Nov. Testamentum, ac Specialis de quatuor Evangeliis, de Actibus Apostol. et Apocalypsi. (*Enchirid. Herm. auct. Putiatycki*).—Exegesis Evang. S. Matthaei.

Ex Theol. Dogmatica. Tract. de Deo, de Sacramentis in genere, de Sacram. Baptismi et Confirm. in specie.

Ex Theol. Morali. Tract. de peccatis, de poenitentia, de matrimonio.

Ex Jure Canonico. Tract. de crimine et censuris (*Devoti Inst. Canon.* liber IV).

Ex Theol. Pastorali. O Najświętszym Sakramencie Ołtarza: o jego wystawieniu i rozdawaniu.

Ex Historia Eccl. Epocha II a Constant. M. ad saec. IX de conversione Constantini M., de fatis Eccl. sub ejus Successoribus, de conversione barbarorum, schismate Donatistarum, haeresibus, conciliis oecumenicis ac vita religiosa. (*Auct. Cherrier v. Buliński*).

Napisać rozprawę: Jakie pożytki moralne przynieść może w parafii Kolęda, i jak ją odbywać.

II.

Tractatus ex Theologia, ad examen pro obtinenda Approbatione ad excipiendas Christifidelium confessiones, designantur:

Ex Theol. Morali: de Contractibus, de Sacramentis in genere, de Baptismo in specie. *Ex Theol. Dogmatica:* de quatuor novissimis.

III.

Dies peragendi examinis Aspirantium ad Seminarium Dioecesanum pro an. 1873, assignatur Vladislaviae 2 Julii.

Aspirantes ad statum ecclesiasticum tenentur in examine exhibere Examinatoribus:

1. Testimonium legitimi ortus.

2. Testimonium ex Gymnasio seu Scholis publicis, de finita ad minimum IVta Classe; qui vero finita VII Classe aspirabunt, obtinebunt primatum.

3. Testimonium consensus parentum vel tutorum suscipiendi statum ecclesiasticum.

4. Testimonium morum a parocho ultimae mansionis, vel Praeceptore Religionis in publica Schola.

PHASES LUNAE PRO ANNO 1873.

Januarius

	die	h.	m.	
Crescens	5	9	45	vesp.
Plenilunium	13	4	26	—
Decrescens	21	8	20	—
Novilunium	28	5	45	—

Februarius.

	die	h.	m.	
Crescens	4	10	46	mane
Plenilunium	12	0	49	vesp.
Decrescens	20	0	8	—
Novilunium	27	3	54	mane

Martius.

	die	h.	m.	
Crescens	6	2	41	mane
Plenilunium	14	7	15	—
Decrescens	21	11	6	vesp
Novilunium	28	1	52	—

Aprilis.

	die	h.	m.	
Crescens	4	8	32	mane
Plenilunium	12	11	35	—
Decrescens	20	6	43	vesp.
Novilunium	27	0	12	—

Majus.

	die	h.	m.	
Crescens	4	3	4	mane
Plenilunium	12	1	10	vesp.
Decrescens	19	0	9	—
Novilunium	27	11	20	mane

Junius.

	die	h.	m.	
Crescens	3	9	9	mane
Plenilunium	10	11	35	—
Decrescens	17	5	25	vesp.
Novilunium	24	11	36	—

Julius.

	die	h.	m.	
Crescens	3	1	59	mane
Plenilunium	10	8	21	—
Decrescens	16	10	5	vesp.
Novilunium	24	1	9	—

Augustus.

	die	h.	m.	
Crescens	1	4	57	vesp.
Plenilunium	9	3	24	—
Decrescens	15	6	28	mane
Novilunium	23	3	59	—
Crescens	31	5	41	—

September.

	die	h.	m.	
Plenilunium	6	10	28	vesp
Decrescens	13	5	31	—
Novilunium	21	7	59	—
Crescens	29	4	8	—

October.

	die	h.	m.	
Plenilunium	6	6	32	mane
Novilunium	13	5	31	vesp.
Crescens	21	7	57	—
Decrescens	28	0	45	mane

November.

	die	h.	m.	
Plenilunium	4	4	34	vesp.
Decrescens	12	2	24	—
Novilunium	20	4	38	mane
Crescens	27	8	22	—

December.

	die	h.	m.	
Plenilunium	4	4	58	mane
Decrescens	11	11	37	vesp.
Novilunium	19	7	25	—
Crescens	26	4	3	mane

TABULA

ORTUS ET OCCASUS SOLIS

Sub elevatione Poli Varsav. gr. 52 min. 13 sec. 5

Dies	JANUARIUS.				FEBRUARIUS.				MARTIUS.			
	Ortus		Occasus		Ortus		Occasus		Ortus		Occasus	
	H.	M.	H	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.
1	8	12	3	56	7	44	4	45	6	49	5	37
5	8	11	4	0	7	37	4	52	6	40	5	44
10	8	9	4	6	7	28	5	2	6	29	5	53
15	8	5	4	15	7	18	5	11	6	17	6	9
20	8	0	4	23	7	8	5	20	6	5	6	12
25	7	54	4	32	6	58	5	30	5	54	6	11
30	7	47	4	41	28 6	51	5	35	5	42	6	27
	APRILIS.				MAJUS.				JUNIUS.			
1	5	37	6	31	4	32	7	23	3	47	8	9
5	5	28	6	38	4	25	7	29	3	44	8	13
10	5	17	6	47	4	16	7	38	3	41	8	17
15	5	5	6	56	4	8	7	45	3	40	8	20
20	4	55	7	4	4	0	7	53	3	40	8	22
25	4	44	7	13	3	54	8	0	3	41	8	23
30	4	34	7	21	3	49	8	6	3	43	8	22
	JULIUS.				AUGUSTUS.				SEPTEMBER.			
1	3	44	8	22	4	21	7	50	5	11	6	47
5	3	47	8	21	4	27	7	43	5	18	6	38
10	3	52	8	17	4	35	7	34	5	26	6	27
15	3	57	8	13	4	43	7	24	5	35	6	13
20	4	4	8	8	4	52	7	14	5	43	6	3
25	4	11	8	1	5	0	7	3	5	51	5	51
30	4	18	7	53	5	8	6	52	6	0	5	40
	OCTOBER.				NOVEMBER.				DECEMBER.			
1	6	1	5	37	6	56	4	30	7	48	3	50
5	6	8	5	28	7	4	4	23	7	54	3	47
10	6	17	5	16	7	13	4	15	8	0	3	46
15	6	26	5	5	7	22	4	7	8	4	3	45
20	6	34	4	55	7	31	4	0	8	9	3	47
25	6	43	4	44	7	39	3	55	8	11	3	49
30	6	53	4	34	7	47	3	50	8	12	3	54